IULIANUS POMERIUS. ALBUINUS CLARAEVALLENSIS
12. bis 13. Jh. Seite 1v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26468
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sapor nostrorum animos attingit. & dulcedo superne ca
ritatis mentibus mortalium se illapsa diffuderit.
quis aut scriptis explicet. aut relatum condigne
uocis sufficiat explicare. Eras enim tunc factor
mi o domine & frater sanctissime podagrici doloris
contortionibus tabidus. sed multo amplius spe di
uine contemplationis erectus. Credo quod omnis
tunc corporei cruciatus dolor fugerit. cum di
uinum illud inter nos cepit colloquium agitari.
Ubi tunc plenissime sensi. quam bonum sit atque io
cundum. habitare fratres in unum. quando un
gentum illud sancti spiritus quod a capite nostro in oram
uestimenti eius descenderat. que nos forsitan tunc
eramus. magna necessarie perquisitionis nos accensi
one lustrabat. His igitur ferculorum dapibus inuitati.
cem cepimus inter nos querere. quomodo se
haberent anime defunctorum. ante illam corporum
ultimam resurrectionem. sicque collatione mutua nos
sere uoluimus. quid futuri post hanc uitam essemus
ut uiuaciter & ueraciter de hoc negocio cogitantes
tanto certius presentia fugeremus. quanto futu
ra perscrutantes nosceremus auidius. Orte autem